

Ab intentu in infelicissima illa clade  
 Mochaciensi Serenissimi Domini Ludovici  
 Hungarie et Bohemie etc. Regis, et ab 169  
 illo tempore, quo Regnicola Hungarie  
 duos Principes Ferdinandum et Joannem  
 in Reges Hungarie elegerunt et coronave-  
 rint, et hoc funestum et exitiale Bellum  
 Hungaricum excitatum fuit, sacra Maje-  
 stas Regia Polonie Domini Sigismundi  
 Regis hujus nominis primi nullam occa-  
 sionem pretermissit promovende, tractan-  
 da et conficiende Pacis inter Reges pro  
 Regno Hungarie dissidentes, scilicet  
 omnem curam, omne studium et cogita-  
 tionem suam eo intendit, ut hoc ipsum  
 bellum Tractatibus potius quam armis  
 componeretur; et proinde miserat Orato-  
 rem suum Pragam ad Serenissimum Do-  
 minum Regem Ferdinandum illustrem et  
 Magnificum Dominum Christophorum à  
 Szydowice in Smitow et magna Spatoro-  
 tum Palatinum Cracoviensem Regni sui  
 Cancellarium, ut ageret cum illius Illte  
 de componendo Bello isto, et in eunda ratione  
 Concordie

Concordie cum Adversario Maiestatis sue.  
Sed nihil aliud tunc successit, quam  
Suspensio armorum per duos plus mi-  
nus menses ob spem Conventus pro ipsa  
Concordia tractanda, operâ ejusdem Do-  
mini Christophori de Sydowice in  
Otomuniz ad primam Junii decreti.  
Cum ex predicto Conventu Otomunensi  
habito, ad quem etiam missus erat  
idem Dominus Christophorus cum be-  
verendissimo Domino Andrea Cuius  
Episcopo Slovenci, rebus infectis dis-  
cessum sit. Et Maiestas Regia ad Lit-  
vaniam esset profecta. Non intermisit  
Dominus Christophorus Sacram ipsam  
procurare, prout ex precedentibus Lega-  
tionibus et literis patet, quod quia etiâ  
feliciter non cecidit, fortune et iniquitati  
temporum imputandum est.

Demum anno Domini 1530 Bosna-  
niam pro die Sancti Michaelis à Regia  
Maiestate ad tractandam Concordiam inter  
Reges de Regno Hungarie dissidentes  
Serenissimus Dominus Ferdinandus Hun-  
ganie

ganie et Bohemie Regem, et Serenissimum  
 Dnum Joannem, et contrahendam affini-  
 tatem inter Regiam Majestatem et Se-  
 nissimum dictum Regem Ferdinandum  
 missi sunt Oratores videlicet Reverendis-  
 simi Domini Joannes Latalski Posna-  
 niensis, Andreas Kychei Silesiensis Epi-  
 scopi, illustres et magnifici Domini  
 Christophorus de Sydowice Castella-  
 nus et Capitaneus Pracoviensis, ac Re-  
 qui Polonie summus Cancellarius etc.  
 Andreas de Terzyna Cracoviensis Pala-  
 tius, Joannes de Tarnow Rusie Pa-  
 latius et Sandomiriensis et Exercitus  
 Regni Campitaneus, ducis de Gorha Ca-  
 stellanus et Capitaneus Posnaniensis,  
 Reverendus Dominus Joannes Choiencki  
 Archidiaconus Cracoviensis et Secretarius  
 Regius. Ex parte Illustrissimi Dni  
 Georgii Saxonie Ducis Reverendissimus  
 Dominus Joannes a Steynitz Episcopus  
 Misnensis Doctor Simon Bistorum  
 Cancellarius Ducis, et duo Secretarii  
 alter Christophorus Carlewitz Ducis, alter  
 quidam Doctor Episcopi, horum duorum  
 Principum



Principum tanquam Mediatores. Nomine  
autem Regum Dissidentium, nempe Se-  
renissimi Ferdinandi Regis, Reverendis-  
simus Dominus Jacobus Episcopus  
Vratislaviensis, Magnifici Domini, Do-  
minus Sigismundus ab Heberstein D.  
Doctor Beatus Widman Consiliani Re-  
gis. Nomine Serenissimi Domini Joan-  
nis Regis, Reverendissimus Dominus Fra-  
ter Franciscus de Frangepanis Archie-  
piscopus Colocensis, Magnificus Dominus  
Stephanus de Werbewitz Cancellarius Re-  
gum Ungarie, Magnificus Dominus Ste-  
ronymus de Lasho Sivadensis et in Hun-  
garia Transylvanie Palatinus, Magni-  
fici Domini Franciscus de Komornia  
Tharneniorum Regionum Magister, Re-  
verendus Dominus Joannes de Lasho Pre-  
positus Guesnensis et Electus Wespe-  
ciniensis Doctor Andreas Chasinenfis  
Prepositus Stigonensis. Qui omnes  
et convenientes multos habere mutuo  
Tractatus tam in Concordie et Pacis, quam  
affinitatis et matrimonii inter Serenissimum  
Dominum Sigismundum Augustum Electum et  
coronatum

Coronatum vivente et feliciter regnante  
 Patre Regem Polonie et Filiam predicti  
 Serenissimi diti Ferdinandi Regis nego-  
 tis. Post eos tandem Tractatus et Pro-  
 positiones, que acta et conclusa fuerunt  
 patet ex sequenti eorundem actuum descri-  
 ptione ab Oratoribus Polonie suo Regi  
 missa, ac in primis Instructiones et man-  
 data sequuntur.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*